

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 4558

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

2589

CASUÍSTICI.

2590

DCLXXIX.

844 Codex chartaceus lat. germ.
boh. Sec. XV. Folior. 36. 8. Ad-
versaria Domini Magistri Georgii

Polentarii, ut praenotatum est,
continet, quae perstringam: Fol.
1. Casus de Clericis, Haereticis,
Homicidio &c. Fol. 6. Cantus
eroticus hujus tenoris:

*Ich hab gedynt vnd weis durch was
der reynen frucht bis her yn stetem mute.*

Do von so trag ich neid vnd has.

Ist das meyn Ion du zuwirkliche gute? &c.

Fol. eod. p. 2. Regulae valetu-
dinis conservandae per singulos

menses. Fol. 8. Jocularis detorfio
Pf. XCIV. germanica:

*Venite vns gefellen beswären sorgen
Den abent vnd den morgen &c.*

Fol. 9. p. 2. Horae de Passione
Domini. Fol. 16. p. 2. Notae

quaedam temporis, quarum po-
tiores adscribo:

*Mille trecentenis octo post septuaginta
Annis verbigene decessit ter ka decembris
Cesar magnificus karolus pius ordine quartus
Princeps invidus fuit hac sub rupe sepultus
Sensu non pugna qui subdidit sibi regna
Rexque boemorum fuit hic et serra malorum
Ut deus in celis locet hunc pete quisque fidelis.*

Item: Anno domini MCCCVI.
pridie augusti perfide occisus est ex-
cellentissimus rex wenceslaus se-
cundus Boemie polonie ungarie et
dominus in Olmoncz anno etatis sue
XIX. Anno domini MCCCLXI.
tercia die post festum sancti ma-
thie natus est rex wenceslaus in
nurenperg filius karoli imperatoris.

Anno domini MCCCXLIIII.
rex Boemie videlicet rex Johannes
qui erat cecus iacuit cum suo ex-
ercitu ante ciuitatem Swidnicz.
Anno domini MCCXLI. feria
III. post octauam pasche thartari
fuerunt in wolstat penes ligenicz
sita.

*Anno M domini cum septuagesimo terno
En princeps clarus wratislaus dux deo carus
Primus slauorum meruit fore dux (rex?) boemorum
Claustrum fundauit hoc opatwicz nominauit.*

F 2

Fol.

2591

C O D I C E S

2592

Fol. 17. p. 2. *Job. Wiclefi* Articuli XXXIX. damnati. Fol. 20. variae Preces germanicae cum Formula Confessionis Peccatorum, quae incipit: *Ich bekenne gotte vnd zyner wirdegin mutir ma-*

rie vnd alle zynen beilegin das ich gesundegit habe &c. et altius seculum produunt, quam quo descriptae fuere. Fol. 24. p. 2. Cantus amatorius bohemicus notis muficis conclusus, cujus initium:

Dzryewo sye listem odyewa &c.

Fol. 27. Enarratio germanica *tochtir &c.* Fol. 30. Versus varii. Ita:
sint dy sebin bouptfunde mit erin

*Rupertus fixus (fictus?) Clemens papa modo dictus
O clemens demens sine clavem sisque rupertus.*

De Roberto Gebenn. dicto Clemente VII. 1378. res est. Item:

*Mos est prelati prebendas non dare gratis
Sed bene nummatis aut eorum sanguine natis.
Non a prebendo prebenda recte (rite?) uocatur
Sed magis a precio cuius amore datur.*

Fol. demum 31. Argumentum *Anticlaudiani* compositi ab *Alano Insulensi*.

DCLXXX.

816 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 180. 8. currente calamo, non tamen eadem manu perscriptus, et minio distinctus pertinuit olim ad *Canonicos regulares prope Nussiam* sive *Novesium* ad Rhenum, continetque iuxta Elenchum praefixum sequentia: I. *Traſtatulum bonum super materia celebrationis misse Magistri Johannis de Gersonio*. Initium est: *Dubitatum est apud me frequenter et diu. presertim post susceptum sacerdotium Si quis pollutus no-*

urno sompno a celebrando missam cessare debeat &c. Ad calcem legitur: *Scriptus per manus fratris Constantini Carbuff. in domo sancte Barbare Colonie professi, pro quo oretis propter Deum*. Sec. jam XV. saepius editus extat demum *Opp. omn. edit. Du Pin. T. III. P. 1. col. 323.* inscriptus: *De Praeparatione ad Missam et Pollutione nocturna.*

II. fol. 12. p. 2. sequitur brevis Observatio literaria de *Compilatoribus Iuris Can.* et *Commentatoribus* ejus a *Gratiano* usque ad *Barth. Pisanum* et *Vincentium*, illum videlicet *Hispanum* memo-